



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

natus, sepultus est iuxta corpus B. Petri, 6. Kalend. Maias. Et cessauit Episcopatus diebus 30.

## IV.

**C**LEMENS, natione Romanus, de regione Cælio monte, ex patre Faustino, sedit annis 9. mens. 2. diebus 10. Et fecit duas epistolas, quæ Catholicæ nominantur. Hic dum nonnullos libros zelo fidei Christianæ religionis adscriberet, exilio relegatus est, martyrioq; coronatus, sepultusq; in Græcia, 8. Kalend. Decemb. & cessauit Episcopatus dies 21.

## V.

**A**NACLETUS, natione Græcus, de Athenis, ex patre Antiocho, sedit annis 9. mens. 2. dieb. 10. qui & memoriam B. Petri Apostoli construxit. vbi tamen & ipse sepultus est iuxta corpus eius. Et cessauit Episcopatus dies 13.

## VI.

**E**VARISTVS, natione Græcus, ex patre Iudæo, nomine Iuda, de ciuitate Bethlehem, sedit annis 9. mens. 10. dieb. 2. Hic titulos in vrbe Roma diuisit, & 7. diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem, propter stylum veritatis. Et sepultus est iuxta corpus B. Petri Apostoli. Et cessauit Episcopatus dies 18.

## VII.

**A**LEXANDER, natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caputauri. sedit annis 10. mens. 7. d. 2. Hic constituit aquam sparsionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Qui sepultus est via Numentana, vbi decollatus est, ab vrbe Roma non longè milliario 7. 5. non. Maii. Et cessauit Episcopatus dies. 35.

## VIII.

**S**IXTVS, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Vialata, sedit annis 10. mens. 2. die vno. Hic constituit, vt ministeria sacra non tangerentur, nisi à ministris. Et, vt quicumque Episcoporum euocatus fuisset ad Sedem Apostolicam rediens ad parrochiam suam non susciperetur, nisi cum formata. Qui & ipse sepultus est iu-